Incunabula
Theologia

brosz. 4

Pharetra fidei catholice siue ydonea disputatio inter Christianos et Judeos.

in qua perpulchra tãgũtur media et ratiões. quibus quiuis christifidelis tam ex prophetis suis proprijs q̄ȝ ex nostris eorum erroribus faciliter poterit obuiare.

D iudeorũ cõfutationẽ omis christifidelis tollat pharetrã hanc ⁊ arcũ ad vulnerãdas vulpeculas Accipiat enĩ quisqꝫ christianus gladiũ spiritussancti in testimoniũ. Accipiat similiter christianus ꝓprios ꝓphetas eorũ. cum quibus potest vincere goliad. id est populũ iudaicũ. Nam nõ possumus ipsos viles et reprobos iudeos meliꝰ deuincere nisi ꝓprijs armis eorũ Debet ergo quisqꝫ christianꝰ volẽs pugnare pro fide cõtra iudeos notare tres cautelas. Primo debet addiscere eorũ errores reprobare. Secũdo que vidẽtur esse cõtra christianos nõ debꝫ tãgere. nisi iudeus aliquid ꝯtra eum obijceret. et postq̃ hoc fecerit tunc quisqꝫ soluat inquantũ potest. et iste tractatus soluere docꝫ Tercia cautela est. vt quãdo plures iudei sunt ꝯgregati tũc christianus ipsis silentiũ imponere debet. excepto vno respondẽte. et interim nullũ aliũ aduertere debet nisi illo superato. Accedat alter iterũ alijs tacẽtibus Nã pluribus iudeis loquẽtibus faciliter eorũ fallacijs confusionẽ christiano inducerẽt. Cum ergo diuersa est opinio inter iudeos et christianos. Judeis enĩ videt̃ christianos errare. christianis vero opposito modo videt̃ iudeos errare quod etiã veritati cõsonat. Ipsi enĩ iudei verissime errãt et illud qđ sciunt scire nolũt. ergo in hoc opere posite sunt due persone ꝓ veritate dimicantes tanq̃ pugiles. Vna ꝑsona est loco iudei qui grosso modo ĩ argumẽtis procedit. et false negat veritatez contra christianos. Alia persona est loco christiani. qui modo subtiliori procedit per dicta ꝓphetica et sanctorũ patrum.

Iudeus dicit. Vos xp̃iani credentes temere dicitis deum esse trinũ. Ego aũt vnũ scio. trinũ ve ro nescio Vnus ẽ enĩ qui est creator omniũ visibiliũ et inuisibiliũ rerũ. potẽs sup omia regnãs super omẽs deos. vos autem plures esse dicitis. Dicitis enĩ patrẽ deũ. filiũ deum. et spiritũsanctũ deum. Et dicitis contra symbolum vestrũ vbi dicitis. Credo in vnũ deum. et sic immo ẽ q̃ vnus est deus et nõ plures dij. Plures enĩ deos esse friuolũ est dicere. stultum scelus est cogitare.

¶ Ad hec xp̃ianus respondet Vere q̃uis temerariũ sit et maxie hereticũ est inter nõ doctos de illo disputare. Tamen ne omĩno videar ignarus tue cecitati respõdebo prout meliꝰ potero. Nam fides instituta est ꝓpter saluare et ꝓpter salutẽ humani generis. Et etiã hoc maxime qđ nobis videt̃ impossile. oĩe illud deo est possibile. nã apud deũ nõ erat impossibile oĩe verbum. Nos aũt christiani illi sumus quos deus p̃elegit ante mũdi ꝯstitutionẽ. et inde

est q̄ nos credimus deū trinū et vnū. Tres sunt psone sed tantuȝ vnus est de⁹. Istud aūt vobis malignis videt impossibile quia fides nō saluat vos. sed infidelitas damnat vos. Nostrū eīm dictū scimus p multa exempla naturalia. nā sepe tres substātie sine res plures mutātur in vnā rem. quia ex aqua farina et sale fit vn⁹ panis. sic possibile est patrē filiū et spiritūsanctū esse vnū deū in essentia et trinū in personis. ita tamen q̄ vnus verus de⁹ sit ⁊ nō tres dij. Qualiter tamen istud tenendū sit et quomō de illo dicendū sit sola fides catholica sufficit. sine qua impossibile est placere deo.

¶ Judeus respōdet. Si tres sunt persone et tres sunt plures in numero. ergo plures sunt dij. ¶ Ad hec respōdet christian⁹ Numerus numerat⁹ est vnū in collectiōe vnitatis. sicut vnus populus dicit vnū in collectiōe. Sic pater fili⁹ ⁊ spūssanctus est vnus deus in simplicissima essentia existens. Attamen respectiue pater dicitur ꝓpter filium et filius propter patrē. Spiritussanctus aūt procedens ab vtroqȝ operādo virtutes septiformes diuidēs singulis prout vult virtute patris et filij.

¶ Judeus dicit. Que plura videnť vtiqȝ plura dicunť. vt si videmus plures ibi stātes de hoc nō est dubiū quin ibi sint plures. Ad hec christian⁹ respōdet. Tu tyrāne quō audes dominū deum cōparare ad res exteriores. dictū tuū nullius veritatis est. Naȝ quedā videnť plura et sunt plura. quedaȝ aūt videnť et non sunt. Que vidētur sunt illa que patēt oculis sicut videmus solē lunam et stellas. quantitatē aūt eorū nō possumus diffinire. quia dicunt astronomi q̄ quelibet stella fixa sit maior tota terra. Item quedā videntur et nō sunt. sicut pisum q̄ voluitur in manu hominis. apparet esse duo pisa. cum tamen in rei veritate sit tantū vnum. Tu maledicte quomodo audes cōparare celestia terrenis. ergo tu adhibe cōfidentiā et remoue diffidentiam.

¶ Judeus dicit. Tu inutiliter fabularis. admisso isto tūc quero a te quomodo illi tres psone sint vn⁹ volūtatis. ¶ Ad hec christian⁹. o modice sapientie q̄ false discurris. nūquid tu cū fratrib⁹ tuis ⁊ cū tuis iudeis es diuersaȝ essentiaȝ et diuersaȝ psonaȝ attamē es cū omib⁹ his vnius volūtatis. Quomō tūc presumis arguere de trinitate vbi est vnica essentia. ⁊ cū hoc simplicissima. sic̄ hic te docet paganorū philosoph⁹ Arestotiles pnceps phorū.

¶ Judeus dicit. Hoc simpliciť falsum est. q̄ȝ iste tres psone nō sunt vnū in volūtate. Quod sic probo. quia vos legitis in euāgelio. Qui peccat in patrē remittetur ei. qui peccat in filiū remitteť ei. q̄ autē peccat in spiritūsanctū nec hic nec in futuro remitteť ei. Si ergo pater dimittit et fili⁹ dimittit. et spūssanctus nō dimittit

tunc ymmo videtur q̄ ille tres persone non sint vnius volūtatis

¶ Ad hec xp̄ianus. cōsidera et distingue peccatū. et habes falsum tuū argumentū solutū. Nam aliud est peccare in patrē. aliud in filiū. aliud in spiritūsanctū. Hoc est tantū dicere q̄ qui peccat in patrē peccat contra potentiā diuinam. et peccare est humanū. Qui autē peccat cōtra filium ignorāter vel stulte peccat. quia filius est sapientia dei. quis ergo potest equiparari sapiētie dei. Sz in spiritūsanctū peccare est cōtra bonitatem dei peccare. quia sua immensa bonitas sustinuit et sustinet aduersitates hereticorū. et multa mala prauorum hominum.

Udeus dicit. Uos dicitis contra rempublicā. quia dicitis q̄ vestra domina Maria cōcepit virgo. modo sic est in natura q̄ impossibile est aliquā virginem concipere. nam nos bñ videmus q̄ arbores nō producunt fructū nisi ex aqua habent humiditatē. ergo virgo nō potest cōcipere sine virili semine. Ad hec christianus. tu perfide et cece dic mihi quomō arida virga aaron contra naturam florebat ⁊ produxit fructum. quod impossibilius erat q̄ virginem concipere.

¶ Judeus dicit. Hec fuit volūtas dei qui etiā q̄plurima signa iudeis ostēdit. q̄ eos valde dilexit Ad hec xp̄ian⁹. tu pfide si hoc cōcedis q̄ natura se mutauit in arido. nōne possibilius erat in viridi. Nunquid sentis q̄ creator nature omnē naturā trāscendit.

¶ Judeus dicit. Dicas quid velis. quomō hoc credis quod est impossibile ⁊ incredibile. Ad hec christian⁹. tu maligne. quare tunc legis p̄phetas qui deo sufficiētes sunt. Et si tuis p̄phetis nō vis credere. credas saltē balaam p̄phete gētili qui dicit. Orietur stella ex iacob ⁊c̄. Uide quid dicit Esaias. Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū et vocabit̄ nomen eius emanuel. Attende p̄pheciā pensa verba et nō misteriū. Propheta enī dicit (ecce) p̄pter duo. Primo propter rarū. secūdo p̄pter mirabile. Rarum quia nunq̄ amplius eueniet nec ante factū est. nec p̄us simile visuz est nec posterius simile videbitur. Mirabile quia nunq̄ fuit auditum ante vel post. Etiam propheta dixit(virgo concipiet)ad differentiam corrupte. cuius conceptus non est rarus. Etiam probheta signū fidei apposuit cū dixit(et pariet filiū) illum scz qui natus est nobis. Et propheta illū filiū predixit esse diuinū cum addidit. Et vocabit̄ nomen eius emanuel quod interpretat̄ nobiscū deus.

¶ Judeus dicit. Glosa nostra dicit. Ecce v̄go id est iuuenis domina cōcipiet. et illud est bene possibile Ad hec christian⁹ Ach tu vilis tyranne aduerte Hieremiā dicentem. Hic est de⁹ noster

et nō estimabitur alius absq̄ȝ illo qui inuenit omnē viam scientie. et dedit iacob puero suo et israhel dilecto suo . post hec visus est super terrā et cum hominibus cōuersatus. Item lege Danielem qui dicit. Cum venerit sanctus sanctorū cessabit vnctio vestra.

¶ Judeus Salomon dicit quod semel factū est adhuc semel potest fieri. Si ergo illud semel accidit ꝙ virgo concepit et peperit adhuc semel accidere potest. Ad hec christianus. dictū salomonis nihil est ad propositum. Nam salomon voluit dicere ꝙ illud quod generali cursu et cōmuni semel actū est amplius fieri potest Duo eñ sunt ibi contraria in hoc argumento . Vnū est ꝙ illa virgo est singularis cui nunq̄ꝫ aliqua fuerat equalis in sanctitate. in castitate. in humilitate. et in omni virtute. et ergo deus eā preelegit vt esset ei mater ītacta. mater immaculata. mater dilectissima et mater humilima. que per rubū ignitum est prefigurata. qui tamen incōbustus permāsit. Ipsa eñ est porta illa quā vidit Ezechiel clausam. et vidit angelū intrantem et exeuntē. portā tamen semper vidit clausam. et vir nō ingrediebatur per illā. Est etiam hec gloriosa domina per vellus Gedeonis prefigurata. Ipsa etiam est fons signatus. de quo omēs peccatores bibētes recreātur Ipsa est etiā ortus cōclusus qui soli deo cōpetebat. Ecce tu tyranne hec omīa sunt marie testimonia veritatis. Aliud etiam repugnat argumēto tuo. tu eñ arguis de potētia naturali. nunquid vales credere ꝙ ille qui naturā condidit eam trāscendere potuit dū sibi placuit. Etiā bene vides naturā similia agentē. nam radij solares penetrant vitrū. nō tamen vitrū leditur.

Vdeus dicit. Iaȝ multa tractauimꝰ ad inuicē de diuersis adhuc est vnū impossibile apud nos quod etiā abhominabile ē dicere. scȝ ꝙ deus incarnatus est aut homo factus qđ idem sonat. Sed ꝙ hoc nō potest esse probatur. nam magna est distātia inter deum et hominē. quia deus est creator. ⁊ homo est creatura deus est eternus homo autē temporalis. deus est mundus homo autē immūdus. deus est expers omīs peccati homo vero naturaliter peccator est. Cum ergo hee actiones differant inter se consequens est ꝙ omnes illi peccant qui dicunt esse deum incarnatum.

¶ Ad hec cristianus respōdet. Quidā philosophus dicit Oportet transferentes habere aliquā similitudinem. Scis quia in pmo libro Moysi dicitur. Creauit deus hominem ad hymaginem et similitudinem suam.

¶ Judeus dicit verum est. quid ergo. Christianus respōdet. ergo homo est dignissima creaturarū. Attamē verū est ꝙ magna est distantia inter deum et hominē conceptū a virili semine. Sed

humanitas domini nostri iesu christi non est ex virili semine. sed de spiritu sancto cōcept⁹ est. et hoc soli deo cōpetebat. Et nisi xpi facies siue humanitas eius fuisset in terris nequaq̄ salui facti fuissemus. Unde ꝓpheta. Ostende nobis dn̄e faciē tuā et salui erimus. Ergo deus hō factus ē vt per eū saluus fieret omīs homo.

¶ Judeus dicit. Nonne iacob propheta et patriarcha vidit dominū facie ad faciem. Ad hec christianus. O neq̄ pessime non est verum quod dicis. nunq̄ eīn homo vidit deum in sua diuinitate. quia ipsa deitas multo clarior est sole. Et videmus q̄ null⁹ purus homo potest inspicere solem pre sua nimia claritate. Attende ergo tyrāne quid dicis. q̄r sol est creatura dei. et nō pōt ab aliquo inspici. quomō ergo dicis creatorē posse videri in sua diuinitate.

¶ Judeus dicit. Dicas quid dicas Jacob ymmo vidit deum facie ad faciem. Ad hec christianus. tu tyranne Jacob vidit angelum putans ipsum esse dn̄m pre nimio splendore.

¶ Judeus dicit. Nonne moyses vidit deum dūmodo tradidit sibi legem in monte synai. Ad hec christianus. O tu pater incōsulte. quare audes hoc dicere quod est contra summā veritatem. Nonne tu legis q̄ dn̄s respexit moysen et moyses abscōdit se. ita q̄ non potuit inspicere in faciē eius. Ut ergo homo saluus fieret assumpsit humanā naturā de purissimo sanguine virginis marie.

¶ Judeus respondet. Vultis ergo dicere q̄ iesus vester sit de⁹ deorum. Ad hec christianus. ymmo hoc dicere nō erubescim⁹ nam dominus deus summe humiliatus est ꝓpter hominem. quia Paulus doctor egregius de eo loquēs dicit. Exinaniuit seipsum formā serui accipiens factus est homo.

¶ Judeus dicit. Et iesum multi homines viderūt. Et viderūt deū Ad hec christianus. O falsidice quomō audes sub tua pelle lupina huiusmodi dicere. Nam verum dicis in hoc. deumeni multi viderunt sub humana specie.

¶ Judeus respondet. Jesus non est deus. ergo ꝛc̄. Probatur. quia iesus dicit̄ quasi a terra assumptus. sed huiusmodi nō est de⁹ Ad hec christianus. Tu perfide nonne legisti. deus autem rex noster ante secula operatus est salutem in medio terre. Erat enim in medio terre duplicit̄. scȝ in vtero virginis marie et in loco caluarie. Jn vtero virginis in quo conceptus fuit de spiritusancto. Jn loco caluarie in quo pependit in cruce pro salute humani generis vt omēs homines saluos faceret.

¶ Judeus respondet. Tunc vester iesus fuit deus et homo. Si deus. quomō vltra humanū posse sustinere potuit cōtagia hūana

¶ Ad hec christianus. quia iesus christus diuinitus ortus est et natus est de virgine maria. et sua humanitas deitate mixta nunq̄ peccauit. Attamen omino humane vixit. nā interdū vt homo comedit. comedere autē ad hominē pertinet.

¶ Judeus respondet. Ego perlegi multos libros sed nunq̄ legi de deo q̄ possit incarnari. Ad hec christianus. Tu tyrāne quid deberes scire de diuinitate. nam humanitatem eius nunq̄ cognouisti. sed eius humanitatē diffinīūt prophete. Naz dicit Esaias. In altitudine celi vidi sedere vnum virum quem adorat multitudo angelorum. Dic mihi vbi est vnq̄ visus vir qui meruit sedere in excelso throno vt eius sanctitatem adorarent omēs angeli. Et expedias me de dispositiōe viri. habz ne os. manus. pedes. aures habet ne deus dispositionē viri. Habet hec omnia mēbra vt ostēdam tibi. Primo per Moysen. Manus tue domine inquit fecerūt me. Et iterum. Os enī domini locutum est dicens Oculi domini super iustos et aures eius in preces eorum. O tu maledicte da mihi alium virum sic in throno sedentem preter iesum christū quez adorat multitudo angelorum. Et sic tu tyranne considera deum esse incarnatum.

¶ Judeus dicit. Si pater ē deus. et filius est deus. et spiritussanctus ē deus. tunc omnes persone sunt incarnati. Ad hec christianus. nonne tu maledicte ad solū filium spectat incarnari. nam q̄uis ratio et anima sunt idem. tamen ad rationem pertinet vita. et ad animā pertinet sapientia. Sic dico de patre et filio et spiritusancto. licet sit vnus deus. tamē ad filiū pertinet incarnari

¶ Judeus respondet. Pater et spiritussanctus quare nō poterāt incarnari sicut filius incarnatus ē Ad hec christianus dicit Pater est potentia diuina. cuius potentia ē inseparabilis. et spūssanctus est irreprehensibilis. Solus igitur filius qui sapiētia dei dicitur sapienter omīa fecit. et si sapienter omīa fecit. tunc etiam redemptio nostra sapiēter per eum facta est.

¶ Judeus dicit. Quare angelus nō fuit incarnatus et pro redemptione mundi missus. Ad hec xp̄ianus. vt homo solū creatorē diligiret. ipsi grates redderet. et eum adoraret.

¶ Judeus dicit. Quare nō seruatis circūcisionem. cum deus tamen instituerat ipsam pro originali peccato. nam Abraham circumcisus fuit. credidit et reputatū est ei ad iustitiā. et multi circūcisi saluati sunt. Cum igitur vultis imitari mandata dei poci⁹ deberetis circumcidi q̄ baptisari. Ad hec christianus. Illud quod efficacius probat hoc teneri debet. vnde nou⁹ rex noua lex.

Nam bene volo q̄ circumcisio saluauit quosdaȝ. sed illa saluatio magis fuit ex gracia baptismi cōsequentis q̄ ex circūcisione. quia circūcisi homines ceciderūt ad claustra inferni. et per fidem quā habuerunt ad graciā cōsequentis baptismi saluati sunt; quia gracia baptismi magis saluauit eos.

¶ Judeus dicit. Sed hoc est falsum. probat. quia circūcisio magis saluauit eos. nā maior est salus de diuina institutiōe q̄ hūana sed deꝰ instituit circūcisionē. vester aūt iesus quē vos dicitis deū ⁊ hominē post circūcisionē instituit baptisma. ¶ Ad hec xp̄ianꝰ. Cum nouus hō venit in mundū a deo filijs suis caris nouū vtile et graciosū cōtulit donū et filijs nō tam dilectis simul et puersis instituit asperū donū. leuiꝰ eīn reputauit baptisma q̄ circūcisionē

¶ Judeus dicit. Nam scriptū est. Cum prepucij caro nō circūcisa fuerit peribit anima illius a populo dei. ergo anime incircumcisorū debent perire. ¶ Ad hec christianus. Duplex est circūcisio. scȝ carnalis. et spiritualis. Modo nō cōtradico quin qui punit carnem pure ꝓpter deum bonū est. dūmodo in illo gloriā non querit. sicut vos facitis vt scriptū est. Et volūt vos circumcidi in carne vt de carne vestra gloriētur. et ergo nos seruamꝰ spiritualem circūcisionē. que est ieiunare. alemosinā dare. ecclesiā frequētare. corpus castigare. hec eīn est sp̄ūalis circūcisio.

¶ Judeus dicit. Ex quo est duplex circūcisio. que illaruȝ habet maiorē efficaciā ad salutē. ¶ Ad hec xp̄ianus. baptismus hȝ maiorē efficaciā in sanctificatiōe. q̄ est vnū electoruȝ in saluatiōe. q̄ si hō statim post baptismū moriatur ab omī pena purgatorij eripitur. quod circūcisio nō fecit in ꝯmunitate. quia femelle tam bene baptisantur sicut masculi. femelle autem nō circūciduntur.

¶ Judeus dicit. Si circūcisio nō est tante efficacie sicut baptismus. quare tunc vester iesus circūcisus fuit. ¶ Ad hec christianus. vt legem quā per tempus instituit adimpleret vt populum suū a tali pena sua circūcisione solueret. et vt nullus eū exlegē diceret. quod tamen iudei sepe faciunt.

¶ Judeus dicit. quare in die octauo nō fuit baptisatus vt pueri solent circūcidi. ¶ Ad hec xp̄ianus. quia baptismus vtilior est circūcisiōe ipsis hoībus ideo in tp̄e maioris etatis instituit ip̄m.

¶ Judeus dicit. quare tunc vestra maria nō fuit baptisata. Ad hec christianus. si fuit vel nō nos nō legimus. sed per fidem quā ad baptismū habuit baptisata fuit et sanctificata in vtero.

¶ Judeus dicit. Et quomō de alijs qui baptisati nō erant sicut quidam martires. quidam iudei. et quidam pagani.

Ad hec christianus. triplex est baptismus. scz flumis. flaminis et sanguinis In baptismo fluminis saluātur pueri ab originali peccato. In baptismo flaminis peccatores qñ agūt penitētiā In baptismo sanguinis saluant martires. et neuter eorū debz esse sine fide ergo dicit. Credidit abrahā et reputatū est ei ad iustitiam.

Iudeus dicit. Vos dicitis xp̄m ꝓ vobis passum. nos aūt ꝙ xp̄s viuet ieternū. videt ergo ꝙ erratis. ¶ Ad hec christianus. nos dicimus christū esse passum nō ꝫm deitatem sed ꝫm carnem quā dedit passibilem pro peccatis populi sui. vt credentes in eum viuerent ineternum.

¶ Iudeus dicit. Nescio de iesu. sed Esecan vt populum suū saluaret et viuificare fecit se necare. ¶ Ad hec christianus respondit vbi est ille Esecan. Respōdit iudeus. diu mortu' est. Ad hec xp̄ianus. Et si mortuus est quomō potuit alios saluare. Tu tyranne truse sunt dicta tua. iesus christus viuit ineternum.

¶ Iudeus dicit. Et quare debuit mori ꝓ populo cuz solo verbo potuisset bene restaurasse. ¶ Ad hec xp̄ianus respōdit. Duplex est causa. scz ꝓpinqua et remota. Causa ꝓpinqua fuit homo qui libero arbitrio volebat abuti. ⁊ totū humanū genus perijt. Causa remota fuit deus qui deceptorem creauit. nō ꝙ esset deceptor humani generis. sed si creatus non fuisset hominem non decepisset. Si ergo deus dyabolo vim intulisset tunc ei iniuriā fecisset. Deus enim semper iustus est. et per eandem formā hominē redemit sicut in peccatū cecidit.

¶ Iudeus dicit. quādo contigit hoc. Ad hec christian⁹. in sexta feria que dicit parasceue. quia in illo die creatus hō fuit. et illo die sicut creatus fuit hō. sic etiā perditus. ergo cōueniēs fuit vt illo die hō etiā redimeretur. Vnde ꝓpheta Frater nō redimet fratrē et homo nō redimet hominē. et hoc loquēdo de puro homine. sed homo mixt⁹ deitate redemit hominē vt esset sue creature fidelior. et vt esset in opere discretior. et in redemptione humani generis potētior. Nam nunq̄ hō inuentus est in mūdo qui ꝓ genere humano sponte vellet mori. Hic autē iesus saluator spōtanee mortuus est. sicut ꝓpheta de illo loquitur. Tanq̄ ouis ad occidendū ductus est. Et alibi Coram tondente nō aperit os suum.

¶ Iude⁹ respondit. Vere mirū ꝙ creator debebat mori pro creatura. dic ḡ mihi meli⁹ quomō hoc fieri potuit. ymmo videt mihi impossibile. ¶ Ad hec xp̄ianus. O cece cecoruz aures habes et nō audis quid a me inquiris. si veritatē dixero tibi nō credis mihi. nō quere quicq̄ a me sed perlege ꝓphetas q̄ veritatē tibi ostē

dunt. et presertim perlege Esayam qui dicit Oportebat pati xpm. Et alibi vbi propheta lamentabiliter conqueritur. Vere languores nostros ipse tulit vt a nobis omnem languorem auferret. et nobis vitam sempiternam tribueret.

¶ Judeus dicit. quare tunc non moriebatur honesta morte. sed fecit se suspendere in cruce. ¶ Ad hec xpianus Illa vera sapientia patris omnia cum summa sapientia ordinare voluit. vt sicut per lignum homo damnatus est. ita etiam necessarium fuit vt per lignum homo ab eterna morte liberaretur. et vt illa figura moysi perpetrata adimpleretur qui serpentem eneum in deserto erexit. vt omnes qui morsibus serpentum intoxicati fuerint curarentur.

¶ Judeus dicit. Erat tunc etiam suspensus vt alius malefactor. Christianus respondit. non. Cui iudeus. quomodo tunc Christianus dicit. in alta arbore crucis. non vt alter latro aut fur. sed brachijs extensis. nam fideles in purgatorio degentes clamabant alta voce Veni et libera nos brachio extenso. Sic iesus suspensus fuit extendens brachia sua vt totum genus humanum ad brachia sue misericordie susciperet. Habuit etiam caput sursum vulneratum ad patrem pro nobis vt pater celestis non esset immemor nostri. Habuit etiam manus perforatas vt esset largius in donando veniam. et vt nihil teneret aduersus peccatorem ad se conuertentem. Similiter et pedes fecit perforari vt semper de celo respiceret nos. et vt adimpleretur hoc dictum propheticum. Foderunt manus meas et pedes meos etc. Item cor suum perforatum fuit vt nos viuificaret et semper memor nostri esset. Tu vilis iudee et bestia infidelis nunquid inuenis in prophetis omnia illa que in christo sunt impleta. quomodo Dauid propheta predixit de cruce christi. Regnabit a ligno deus. et per illud lignum crucis claustra inferni destructa sunt. captiui redempti sunt. et omnibus fidelibus per illud regnum eternum donatum est.

¶ Judeus dicit. Vos ita fortiter vultis quod iesus fuit deus. quare tunc peciit auxilium a deo in cruce pendens et dicens. Heli heli lama zebthani. hoc est deus meus deus meus vt quid dereliquisti me Etiam dicitis de eo quod in monte oliueti adorauit patrem cum dixit. Mi pater si possibile est transeat a me calix iste. ¶ Ad hec christianus. Tu tyranne in hoc ostendit nobis suam veram humanitatem. Nam humanitas loquebatur ad deitatem. et humanitas passa fuit. deitas enim pati non potuit. Sed tamen deitas fuit cum eo et nunquam dereliquit eum. vnde psalmista. Cum ipso sum in tribulatione eripiam eum et glorificabo eum. et dedit illi nomen quod est super omne nomen.

¶ Judeus dicit. Omne illud quod viuit melius potest vincere quam illud quod mortuum est. quomodo ergo iesus mortuus vicit mortem. solum

enim vinorũ est vincere. ¶ Ad hec xp̄ianus. saluator noster ie-
sus xp̄s fecit simili mō sicut fecit pellicanus qui aperit rostro suo
cor suũ, vt pullos suos reficiat. ꝛ ꝓpter dilectionē pullorũ suoꝝ
morit̃. Ecce tu tyrāne auis ista testimoniũ dat christo. Tu autem
ꝑuerse si posses oīe testimoniũ omniũ creaturarũ interrũperes.
Nunquid legisti Esaiam dicentē. O mors ero mors tua morsus
tuus ero inferne. Et sic liquet manifeste ꝙ ꝑ mortē christi data est
nobis vita sempiterna. Nam dn̄s deus existēs fortis leo de tribu
iuda vicit mortē nostrā moriēdo. ꝛ tercia die a morte resurgēdo.
¶ Iudeus dicit. Si iesus fuit hō quomō mortē superare potuit
Ad hec christianus. in quinto libro moysi scriptũ est de panthera
effraim et de leone iuda. Quid per hoc designatũ est nisi gloriosa
resurrectio xp̄i. que ꝑ hoc prefigurata est. Natura eñ panthere ē
talis. ꝙ post lassitudinē dormit tribus dieb⁹ et tribus noctibus.
Sic simili modo saluator fecit. quia dormiuit per triduũ et tercia
die resurrexit. sicut ꝓpheta testat̃ dicēs. Exurge domīe quare ob
dormis et quare nō repellis in finem. Etiā panthera habet talem
naturā. ꝙ postꝙ̄ tres dies dormiuit suauissimũ emittit odorē. ita
ꝙ ꝓpter talem odorē suauē omīa aīalia illic concurrũt. vt capiāt
aliquid de dulcedine oris sui. Sic domin⁹ deus postꝙ̄ resurrexit
suauissimũ odorē de se emisit. ita ꝙ ex tali odore totus mũdus cō
fortat⁹ est. Sicut attestat̃ psalmista dicēs. Dulcis et rectus dn̄s.
¶ Iudeus dicit. Omīa que ꝓpheta dixit et omīa que ꝓphetisa-
ta sunt. de aduentu messie dicta sunt. Sed messias adhuc non ve
nit. et si venisset vtiq; nos cōgregasset in ciuitatē hierusalem. vt
scriptũ est. Edificās hierusalē dn̄s dispersiōes israhel ꝯgregabit
Ad hec christianus. quecunq; obijcis de messia hoc dictuz est de
christo quia christus est verus messias.
¶ Iudeus dicit. ymmo messias mittet̃ in mundũ vt cōgreget in
hierusalē. et hoc nō fecit xp̄s. et ergo messias non est xp̄s. nec ad-
huc venit. ¶ Ad hec christian⁹. ymmo idē sunt messias et xp̄s.
ꝙ̄uis facta eius nō cognoscitis. Iam eñ dixisti Edificans hieru
salem dn̄s. Si vis ꝑfecte considerare hec omīa facta et acta. tunc
propheta de terrestri hierusalem nō est locutus. q: illa ciuitas hie
rusalem plena existēs populo desolata est. sicut scriptũ est per pro
phetā dicentē. Fiat habitatio eorũ deserta. nam sup illā hierusalē
ꝓpheta Hieremias lamentabat̃ ꝓpter iniquitatē in ea existentez.
Sed sine dubio ꝓpheta est locut⁹ de superna ciuitate hierusalē. de
qua dicit Hieremias Super muros tuos hierusalem cōstitui cu
stodes. Ibi dn̄s iesus xp̄s cōgregabit omnē dispersionē israhel.
¶ Iudeus dicit. ꝙ multũ dicis messiā esse natũ nō tamen credo

quia si messias aduenisset tūc signa messie facta fuissent. de quib⁹ dicit Esayas. Cum messias venerit tūc erit adeo bona pax q leo ludet cū puero. et lupus cōuersabitur cū agno et gladij vertūtur in vomeres. ⁊ lancee in falces. Sed tanta pax nondū in terris venit ego ⁊c. ¶ Ad hec xpianus. Si intelligis mistice illud qd loqueris tunc oīa patēt tibi iam esse facta. nam ꝫm dictū apostoli littera occidit. spūs antē viuificat. Modo si tu credis christū vl' messiā venisse hec signa facta fuisse probo. qꝛ sicut iam dixi. littera occidit. spiritus antē viuificat ergo illud qd dixisti aliū habet intellectū. Nam per leonē intelligit verus messias qui iocūdatur cū puero. id est cū humili homīe ⁊ nō cum superbo. quia humiles semp diligunt deū et ecōuerso. Et lupus cōuersatur cū agno. Attende hoc dictū ꝓpheticum. Nonne tu tyranne verus agnus dei scꝫ christus iesus verus dei fili⁹ qui tanꝙ agnus innocēs occisus fuit cū horribilissimis lupis. id est cū vobis iudeis cōuersat⁹ est Nam vt patribus tuis visum est tunc lupi scꝫ iudei cū agno conuersati sunt. ita q de hoc dyabolus ammirabat. et nunꝙ potuit noscere christū esse filiū dei. nisi quādo stetit ante presidez in summa mansuetudine. Lupi eñ cristuz leserūt a planta pedis vsqꝫ ad verticē capitis. et ille verus agnus coram illis hoc pati voluit. ¶ Judeus dicit. Nos legimus q cū messias venerit q tūc veniet cū cornu et suscitabit mortuos ad iuditiū. et tunc ve vobis. Ad hec xpianus. Tecum sit ve ineternū. nos noscimus messiam venire et venisse. Venit eñ in triplici tēpore. Primo simpliciter venit ex matre sine patre. Secūdo venit viuificās nos cū gracia spiritussancti. et sic omī die in corda hominū vere cōfitentiū. Tercio venit iudicare seculū per ignem. In pmo aduentu suo nos viam veritatis docuit. et nos ab eterna morte redemit. In secūdo aduentu corda omniū viuentiū et credentiū illuminat. In tercio aduētu venit iudicare bonos ad eternā vitam. malos aūt ad eternam damnationē. Sed q verus messias venit ⁊ nō adhuc veniet hoc ostendā tibi per multos ꝓphetas. Daniel eñ dicit. Nō cessabit vnctio iudeorū donec venerit sanctus sanctorū. nunquid vnctio vestra diu cessauit. Aduerte iacob ꝓphetam et patriarchā dicentē. Non auferet sceptrū de iuda nec dux de femore eius donec veniet qui mittēdus est. nūc capti estis in vniuerso mūdo. et sceptrū regale a vobis oblatū est. nam vosipsi maledictionē sup vos dedistis. quia cū Pilatus dixerit ad vos. Regem vestrū crucifigam. vos dixistis regē nō habemus nisi cesarē. Et sic ymmo manifeste patꝫ q ille sanctus sanctorū venit et nos omēs viuificauit

Ipse eũ q̃tidie erat apd̃ vos docẽs ĩ tẽplo. vos aũt eũ nõ tenuistis
Et sic manifeste ptz per ꝓphetas ꝙ sanctus sanctorũ actu venit.
¶ Judeus dicit. quare adoratis ymagines quod est cõtra p̃cep
tuz dei. Ad hec christianus. quis putas tam stultus sit qui adoret
hymagines vel ligna vel lapides vel aliquã picturã. sed hymagi
nes tantũ informãt nos sanctos innocare. et sunt exempla vt illi
qui scripturas legere nõ possunt in hymaginibus legant.
¶ Judeus dicit. Et quare tũc habetis hymagines ⁊ facitis scul
ptilia. cum tamen scriptũ est. Non facietis deos aureos. ¶ Ad
hec christianus. hoc vos facitis et vsurarij qui habent aurum et
argentũ in quo cõfidũt omẽs auari. nam scriptũ est. Simulachra
gencium argentum et aurum.
¶ Jude⁹ dicit Nescio quid vos adoratis. ymmo dñs de⁹ plus
nos diligit q̃ vos. nam exhibitio operis est probatio dilectionis
ymmo dñs deus traduxit nos siccis pedibus per mare rubrum in
firma securitate. pauit nos in deserto q̃draginta annis. inimicos
nostros cõfregit. et patres nostri comederũt manna. scʒ panẽ an-
gelorum. ¶ Ad hec christianus. et quomõ deus vobis modo est
inimicus. quare nunc nõ comeditis manna.
¶ Judeus dicit. Deus non est inimicus noster. sed ipse corrigit
nos. sicut paruuli corrigũtur virga. Ad hec christianus. bñ scio
ꝙ scriptũ est in euangelio. Amen dico vobis nõ preteribit genera
tio donec om̃ia fiant. Et propterea deus sustinuit vos hic in istis
terris. ymmo alioquin nõ estis digni ꝙ terram calcatis. nam in se
cundo libro Moysi dicitur. Pactũ meum irritũ fecerũt. et idcir-
co iudei sunt inimici dei. et tu perfide dicis de manna et de mag-
no bono quod vobis dñs deus cõtulit. Verecũdamini ineternũ.
ꝙ tantã dignitatẽ propter vestrã incredulitatẽ perdidistis. sicut
scriptum est. Quia nõ crediderũt in mirabilibus eius. ⁊ ergo mo
ramini in terra aliena inter inimicos. Et ꝙ deus est vobis inimi-
cus hoc dicit propheta Baruch. Quid ẽ israhel ꝙ in terra inimi-
corum es. et reputatus es cum his qui in inferno sunt. Notũ est
eñi ꝙ amici dei ibi non sunt.
¶ Judeus dicit Nonne legisti Facta est iudea sanctificatio ei⁹
ecce si iudea est sanctificatio dei. tunc certe iudeis ẽ maxima dig
nitas a deo. Ad hec christianus. q̃ bene applicat similitudineʒ
suã. qualis ẽ similitudo inter iudeuʒ ⁊ iudeam. quondã eñi habu-
istis gloriã. quia fuistis dicti ebrei et israhel. nunc autẽ nuncupa-
mini iudei quasi iudices filij dei. quia iudicastis filiũ dei ad mor-
tem. Judea autẽ dicit̃ cura domini vel cõfitens siue agnoscẽs do
minũ. ⁊ in illa agnitione ẽ sanctificatio dei. honor sanctis. gaudiũ

et exultatio angelis.et sic ymmo christianus est sanctificatio eius.
quia nos christiani magis cognoscimus et cognouimus filiū dei
Deus enī exaltauit xp̄ianos super omēs nationes. vnde ꝓpheta.
Paraui lucernā christo meo. Lucerna enī est filius dei. cuius dei
tas latebat in corpore humano. Quia dn̄s saluū fecit christū suū.
Vos autē iudei heretici et pagani estis in summa cōfusiōe et ma
ledictione. quia in xp̄m nō creditis. vnde ꝓpheta Induāt cōfusio
ne qui loquūtur maligna sup me. Etiā prophetizauit Moyses de
vobis in quinto suo libro. dicēs Adhuc me viuente et ingrediēte
vobiscū cōtentiones egistis ꝯtra dominū. quāto magis dūmodo
mortuus fuero. Nunquid facitis opera patrū vestrorum.
¶ Judeus dicit. et quare omīs nobilitas a nobis creata est quia
nos sumus illi aquibus nobilitas personarū processit. scȝ reges et
principes. Ad hec xp̄ianus. quecunqȝ nobilitas in vobis erat
in nos cessit. ymmo miserrimus xp̄ianus ē magis nobilis summo
et dignissimo iudeo. quia adeo nobiles sumus ꝙ non estis digni
nos tangere. nam dicit ꝓpheta. Nolite tangere christos meos et
in prophetis meis nolite malignari.
¶ Judeus dicit. Si vos intelligeretis thalmud tūc sciretis quā
ta nobis deus promisit ꝓ tribulationibus nr̄is. Ad hec christi
anus. Miror ꝙ iudei ita stulti sunt ꝙ illū librum aduertūt in quo
tanta friuola scripta sunt contra deū. ymmo habetis in textu illius
libri quedam heretica scripta. Et ammiror de vobis ꝙ adeo ceci
estis ꝙ impossibilibus fidē adhibetis. et illis que veritati conso
nant fidem adhibere nō vultis.
¶ Judeus dicit. Vnde habetis legē vrām per quā putatis sal
uari. Neqȝ enī lex est vobis data a Moysi. neqȝ a deo vobis est
cōmissa sed per vrm iesum qui fuit homo sicut et ego. Sed sicut
lex per Moysen electū dei cōmissa est ita seruamus eā. et ideo ꝓ
culdubio saluari speramus. vos autē per legem vrām peribitis.
quia ita nō seruatis sicut deus instituit. Ad hec xp̄ianus. si ser
uatis legem vrām perfecte sicut dicitis. tunc omīa dona salutaria
percipietis. quod falsum ē. Nam dicit ysaias Si mādata mea ser
uabitis statuā principes vrōs vt prius. et bona terre comedetis
que omīa a vobis sunt ablata. Vos enī in captiuitate diu fuistis.
nec aliquē principē habuistis qui vos defenderet. Nam propter
vrām maliciam in vobis existentē vobis inhibituȝ est comedere
multa genera anīaliū. scȝ lepores anguillas et similia ꝗ̄plura bo
na animalia. quibus nos christiani vescimur.
¶ Judeus dicit. Quādocūqȝ hāc patimur a vobis scȝ cōtumeliā

de hoc mercedē a messia habebimꝰ. nam ipse dabit nobis ad ve-
scendũ aucam valde pinguem. similiter et bouem magnũ et piscē
qui dicit leuiathan. ¶ Ad hec xp̄ianus. O tu stulte et modice sa-
pientie vos ponitis vrām felicitatē in aucam vnā que auariciam
significat et animal aquaticũ est. nam ꝑ aucam intelligũtur homi
nes aquatici et auari. qui magis diligũt esse in crapulis q̄ in serui
tio dei. Silr̄ dico de boue. quia ꝑ bouem intelligunt omēs illi
carnosi qui magis figunt corda sua in terrenis desiderijs q̄ in su-
premis. Comedens aũt de pisce illo qui dicit leuiathan nō come-
dit cũ alio nisi cũ dyabolo. Et si mihi nō credis require ab omibꝰ
sapientibꝰ mũdi. et scies ꝙ ꝑ leuiathan nō intelligit aliud nisi dya
bolus. et illo ymmo estis deteriores et vix digni cũ eo comedere.
quomō tunc digni deberetis esse vesci illis aīalibus nobilibus
quibus nos vescimur.

¶ Judeus dicit. Nos vescimur omībꝰ aīalibus preter illa que
nō ruminãt. q2 illa sunt immũda. ¶ Ad hec xp̄ianꝰ. O stulte quō
audes cōtra saluatorē tuũ ita loqui. q2 dicis illa aīalia esse immũ-
da. Nonne legisti in p̄mo libro Moysi. Et vidit deus cũcta que
fecerat ꝙ essent valde bona. ergo nō sunt mala.

[I]udeus dicit. Estis etiā sub lege vel ne. Christianꝰ rñdet.
ymmo sumus sub lege dñi dei. ¶ Judeus dicit. et q̄re tũc
legem nō seruatis. ymmo sabbatũ vestrũ nō celebratis. nō eñi at-
tenditis preceptũ dñi quo vobis p̄cepit. Memēto hō vt diē sab-
bati sanctifices. ¶ Ad hec christianꝰ. ymmo ī hoc verũ dicis. sed
dies domicus pre omībus est colendus quia est principiũ omniũ
dierũ. in ea eñi dominus dixit Fiat lux et facta est.

¶ Judeus dicit. Quare tũc nō seruatis sabbatũ. cũ scitꝪ esse ser-
uandũ. quia dñs deus requieuit die septimo ab omni opere quod
patrarat. ¶ Ad hec christianus. De hoc quisq3 habet fidē vt in
extremo iuditio pro omībus factis suis dabit rationē. Similiter
et de illis. et in hoc tu nō habes nos redarguere.

¶ Judeus dicit. Nescio que sit fides xp̄iana. ymmo videt mihi
ꝙ dñs deus nō deberet vos sustinere in terris. q2 in opprobrium
domī dei comeditis panē quē dominũ deũ dicitis eē. et videt ym-
mo mihi si fuisset tam magnus sicut maximus mons diu esset con
sumptus a vobis. ¶ Ad hec xp̄ianus O tu cece q̄ friuole loque
ris cōtra nobilissimũ sacramentũ. ymmo deꝰ est maior toto mũdo
q2 sua magnitudo ꝑtransit thronũ et penetrat abyssum. Nā dicit
psalmista. Magnitudinis eius nō est finis Nec credere debes ꝙ
deus comedat. q2 deus nō potest comedi. Sed est comestio spūa
lis que dat vitā eternā. et nescis tu infidelis ꝙ ꝑ morsum vnius

hominis totū humanū genus perijt. ergo dn̄s deus dedit seipsuꝫ nobis miseris in esum. et quicunqꝫ indigne sumūt vitam eternā nō habebunt Et nō debes credere ꝙ ex hoc dn̄s deus diminuat. sed a quolibet nostrū totus accipitur et integer verus deus et hō sicut in die parasceues pro nobis pependit in cruce.

¶ Judeus dicit. Nō videt quomō credā hoc. Ad hec xp̄ian⁹ Nonne credis ꝙ creator nature plus potest ꝙ̄ natura. Judeus respōdit. ymmo credo. Cristianus dicit Nōne tu hoc vides in natura ꝙ infinite candele possunt incendi ab vna candela incensa nō tamen lumē candele diminuit. Nonne etiā possibile est ꝙ vox mea audiat a mille. ymmo ab infinitis. attamē est vna vox ab ore meo prolata. ⁊ cuiqꝫ plena vox representata. et si hoc natura pōt per quoddā artifitiū. nonne tūc magis possibile est ꝙ creator nature tribuat seip̄m tanto mundo. et ꝙ tamē nō cōsumatur.

¶ Judeus dicit. Certe tali modo videt mihi alqͥd veritatis. sed ibi mihi adhuc vnū est dubiū grāde circa hoc qđ dicis in minima particula hostie adeo bene esse veruꝫ corpus christi sicut in tota hostia. et dicitis cū hoc ꝙ illa parua hostia sit corpus christi adeo magnū et extensum sicut pepedit in crucis patibulo. ¶ Ad hec xp̄ianus. Esto fidelis et nō infidelis. et sic viā naturali ratōe tibi ostendā. Patet tibi etiā ad oculū ꝙ speculū est quoddā artificiale. et de materia valde exili factum.

¶ Judeus dicit. concedo. Cui xp̄ianus. tunc em̄ apparet tibi in speculo paruo aliquādo parua domus. et ꝙ̄plura alia que sunt in infinitū maiora ꝙ̄ illud speculum.

¶ Judeus dicit. concedo totū. Cui christianus. nonne tūc etiaꝫ speculū est nulli⁹ reputatiōis in ordine ad dn̄m deū. et hoc sic pꝫ Cur tunc dn̄s deus omipotens nō maiora posset. Nonne etiā apparet tibi ad experientiā. ꝙ speculū in multas partes cōfractum quelibet pars habet in se rep̄sentationē vere hymaginis Nam in qualibꝫ parte quātūcunqꝫ minima integra facies hūana apparet Et si hoc est in speculo multomagis in hostia cōsecrata. et in qualibet ei⁹ parte totū corpus xp̄i relucet sine omī cōfractione. Ipse em̄ iesus xp̄s seip̄m nobis tribuit. ille verus agnus dei illā figurā veteris testamēti rescindēs. q2 vobis mandatū erat comedere agnū pascalē ad memoriā trāsitus filiorū israhel per mare rubrū.

¶ Judeus dicit. Et cū ita magnus fuerat ille iesus vt vos asseritis cur tūc ita turpissime mortuus est. et quid illū coegit ad illā turpissimā mortem. ¶ Ad hec xp̄ianus. illa inestimabilis charitas et dilectio quā habuit ad genus humanū eū ad cōpaciendū cōpulit vt sua morte nos omēs viuificaret.

¶ Judeus dicit. Vere nō possum sensu capere que dicitis. ⁊ etiā abhorreo audire. Ad hec xp̄ianus. audi iudee tu sensualis azine. fides dat exsuperate omēs sensus humanos. nā quale meritum haberē si omīa relucerēt ad sensum. qꝛ Aug⁹. vnus doctorū nr̄orum dicit. Fides nō habet meritū vbi ratio naturalis p̄bet experimentū. Sed ratione naturali iam vici te. ꝙ natura multa cō formia agit. que nos ducunt in rectitudinē fidei. Sed mihi videt ꝙ sitis tante malicie ꝙ abscondita dei nō possunt vobis reuelari cū Salomon dicit. In maliuolā animā nō introibit sapiētia. et mirum esset ꝙ aliquod bonū vobis reuelaret. et aliqua bona essent vobis cognita. et proximū vr̄m odio habeatis. Et ymmo nō solū proximū. sed etiam saluatorē tocius generis humani maledicitis eius quoqꝫ matrē piam. Nos legimus de blasphemia vestra in quarto. ꝙ verba polluta ⁊ nequitiosa reputatis nō eē peccata p̄terq̄ illa que in cōtemptū ecclesie pergere noscunt. Et legim⁹ in eodē. ꝙ omīs blasphemia sit vobis interdicta p̄terq̄ blasphemia ecclesie et operū catholicorū. Nam ab omnibus iudeis habet in vsu ꝙ beate virgini maledicūt. et eucharistiā sacrifitiū pollutum vocāt. ⁊ vbi nomē xp̄i vel marie audiūt pessima blasphemia blasphemāt. Item legit in tercio. ꝙ statutū est ab omibus sapientib⁹ iudeorū ꝙ ter singulis dieb⁹ in oratiōe sistunt. quā efficatiorē alijs orationib⁹ asserūt. et in illa oratiōe omibus ministris ecclesie maledicūt ⁊ oēs laborātes ꝓ fide catholica blasphemāt tā reges q̄ cesares. et est ip̄is institutū ꝙ debent eam dicere stando cōiūctis pedibus. ita ꝙ nullū cōtrariū debeat eos reuocare a tali oratione Etiā si serpens in culū eorū morderet nō deberēt hāc orationē interrūpere. Et habent talem modū ꝙ pontifex eorū debet eā dicere alta voce. et omēs alij iudei sub silentio. Et cū pontifex eā finiuerit omēs alij debēt respondere amen. Et hec sunt verba istius oratiōis. Cōgregatis xp̄ianis nō sit eis spes. et omēs repente dispergant. et in numerū paruū redigant. cadāt ineternū et ampli⁹ nō resurgāt. ⁊ in omī cōfusione tradant. Sint maledicti in omib⁹ operib⁹ suis. omēs inimici eorū preualeāt aduersus eos. vt regnū nequicie xp̄ianorū eradicet Sit maledictus xp̄s. sit maledicta pessima mater eius Maria. sint cōfusa omīa sacrifitia ei⁹. O dn̄e deus noster fac et cōple qđ petim⁹ in dieb⁹ nr̄is velociter qꝛ tu es de⁹ noster. Hec oratio scripta ē in cesar cessasim. vt ebrayce dicit.

¶ Judeus dicit. Vos multū dicitis de xp̄o vestro. videtur ymmo mihi ꝙ erat neq̄ et peccator magnus. et ꝙ eū patres nr̄i propter peccata sua occiderūt ⁊ crucifixerūt. qꝛ in signū sue nequicie cum neq̄ magnis reputatus est. qꝛ in medio duorū latronū eum

suspenderunt. ¶ Ad hec xp̄ianus. O tu blasphemator saluatoris
tui ꝙ inique loqueris. quomō hec loqui presumis. oportet me re
spōdere ad vltimū. Primo nunquid legisti ꝓphetaȝ dauid qui in
ꝑsona xp̄i hoc defleuit dicēs. Estimatus sum cū descendētibus in
lacuȝ factussum sine adiutorio inter mortuos liber. Nūquid etiā
legisti de eodeȝ ꝓpheta qui dicit. Odio habuerūt me gratis. Nū
quid etiā alibi legisti Esaiam qui dicit. Uere languores nostros
ipse tulit et dolores nr̄os ipse portauit. et nos reputauimus ip̄m
quasi leprosum et quasi ꝑcussum a deo et humiliatū. Ipse aūt vul
nerat⁹ est ꝓpter iniqnitates nr̄as vt nos a morte eterna liberaret
Sic etiā testaꝛ ꝓpheta dicens. In liuore eius sanati sumus.
¶ Judeus dicit. Et cū captus fuerit a patribus nostris cur non
aufugit ex manibus eorū. Ad hec xp̄ianus. qꝛ obediens voluit
esse patri suo vsqȝ ad mortē. mortē autē crucis. Et voluntarie vo
luit offerri sicut ꝓpheta testaꝛ. Oblatus est qꝛ ipse voluit. et non
aperuit os suū. et sic verus deus et hō ex sua volūtate est ad cru-
cis patibulū suspēsus. Sed ꝙ erat deus et hō testatur ꝓpheta di
cēs. Generationē ei⁹ quis enarrabit. Notū est si fuisset purus hō
ꝓpheta sic nō dixisset. quis enarrabit. quasi diceret nullus. ymmo
generatio puri homīs non potest enarrari. Attende sīl'iter dictū
Sybille dicētis. Felix ille deus qui ligno pendet ab alto. Sed ꝙ
debebat mori ꝓ peccatoribus et non ꝓpter scelus ꝓpriū testatur
vox patrꝭ ꝑ ꝓphetā sic dicēs. Propter scelus populi mei percussi
eū. et paulo post dispergā plurimos et fortiū diuidet spolia pluri
mos) id est omēs xp̄ianos qui in eū credūt et fortiū) id est demō-
nū diuidet spolia qꝛ demones sunt spoliati ꝑ mortē eius. cepit enī
aīas et liberauit eas. et diuidebat eas in choros angelorū. Etiā
dicit Osias. de manu mortis liberabo eū. Itē zacharias sic inqt.
Ecce rex tuus venit tibi mansuetus et saluator ipse pauꝑ et ascē
dens suꝑ azinā. Sed ꝙ ipse pauꝑ erat hoc defleuit ꝓpheta dicēs.
Uulpes foueas habent et volucres celi nidos. filius autē homi
nis nō habet vbi caput suū reclinet. Et hec omīa rex regum pro-
pter peccata nostra passus est.
¶ Judeus respondet vltimo. Cōuertat nos omnes deus et cō-
ducat nos per viaȝ iustitie vt veritatē valeamus percipere ab eo
qui est benedictus in secula seculorum Amen.

Impressum Liptzk per Conradum kachelouen
Anno domini. M°. cccc°. Nonogesimoquarto.